

vo [a] [A], qui quasi miraculose/ per breve tempus/ ultra cc domos combussit usque
in burgum Portae Ravennatis, matricem tamen [b] ecclesiam, meritis beati Petri apo-
stoli Dominus servavit [c] illaesam.

Omnipotens Deus

Bretenorienses^a

Quando Ravennates, Imolenses, Forolivienses, Bagnacaballenses
fecerunt conspirationem contra Faventinos.

*Antiqui et diri serpentis versutia, venenatis invidiae stimulis infecti Ravennates,
Imolenses, Forolivienses, Bretenorienses, Bagnacaballenses contra Faventinos consipa-
tionem fenerunt non modicam; ad quam observandam perpetuo dupli sese constrin-
ixerunt vinculo [d], speciali scilicet juramento et obsidum daſione nobilium. Imolenses
igitur, tamquam hujus malitiae inventores, acceptis obsidibus ab omnibus suis consipa-
toribus, eis praeceperunt firmissime, quod nullus eorum auderet de cetero facere
cum Faventinis communicationem, nec per [e] eorum forſiam aliquid sineret [f] por-
tare mercatum [g]. Quo Faventini cognito, tantam injuriam, more solito, armis fore
vindicandam clamabant. At Guido de Lambertino, Faventinus potestas [h], nobilis
civis Bononiensis, vir sapiens et discretus, tales populi clamorem suo dulci sedavit
eloquio, asserens, quod sine discriminē aliquo sibi credere vellent [i]; ipse omnium
inimicorum h[ec] et alia iniqua promissa, ultra araneorum telas ostendet in proximo
esse vanissima. Quod verbum pro certo adimplevit in brevi. Nam ante medium annum,
Bononiisibus hanc esse propriam injuriam asserentibus et Faventibus ad hanc offen-
ſae vindictam de voluntate [j] potestatis, se preparantibus, per districtum omnium
conspiratorum iverunt Faventini, et redierunt pro voluntate eorum secure.*

Fuerunt

Quando celebrata est sancta Synodus.

CAP. CXLIV.

1215. Anno ab incarnatione Domini mcccxy, celebrata est sancta et universalis Synodus^a in ecclesia Sancti Salvatoris, quae Constantiniana vocatur, mense novembbris,
præsidente domino Innocentio [k] papa III, pontificatus ejus anno XVIII, in qua fue-
runt.

[a] Ioannis in Slavo. Sic Codd. — [b] matricem tamen, C. M.; matricem tantum, C. V. — [c] Do-
minus servavit, C. M.; omnipotens Deus servavit, C. V. — [d] constringerunt vinculo. Sic lego C. M.;
constringerunt funiculo, C. V. — [e] nec per. Sic lego. In C. V., vos per. Cl. Mitt. legit: jus, vel, vis
per. — [f] aliquid sineret. Sic lego: aliquid sineret, C. V. — [g] mercatum. Sic Codd. — [h] Faventinus
potestas. Sic lego. Faventino potestate, C. V. — [i] credere vellent. Sic lego. Codd. habent: credere
volunt. — [j] vindictam de voluntate, C. M.; vindictam et voluntate, habet C. V. — [k] domino Inno-
centio. In C. M., domino Innocencius.

[A] Sic vocatur, in scripturis antiquis, ecclesia quae nunc dicitur Sancti Ioannis Evangelistae,
vulgo di Sant'Agostino; ut videre est in instrumentis illius temporis, apud Archiv. Azzurrim.